



Biblioteca estense universitaria

Largo S. Agostino 337

I-41121 Modena MO

Tel ++39 + 59 222248

Fax ++39 +59 230195

b-este@beniculturali.it

bibliotecaestense.beniculturali.it

gamma.z.5.17

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI <PISA>

Diploma di laurea di Antonio Torsi da Livorno

Ms., 1659

Img: BEU, 2014



Terms of use

Using texts and images of the Estense Library is free - within the CC license terms - only for personal, private and non commercial use.

In the case of a non commercial, public use, their source must be cited, linking to the homepage of this site.

For any different purposes, or for getting higher resolution images, please follow the guidelines in the Reproductions page of the website, and/or write to b-este.urp@beniculturali.it.

Creative Commons License

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Italy License

<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/3.0/it/deed.en>



—ESTENSE • DI—
NA—

122



8.2.5,17



APP

602

I



SCIPPIO de Pannocchieschis, ex
Comitibus Ilcij, Misericordie Divinae San-
cte Romane Ecclesie Cardinalis, titulo
Sancte Sabine de Vrbe Archiepiscopus Pi-
sani, Insularum Sardinie et Corsice Pri-
mas, et dicte sedis Apostolice in eis lega-
tus natus, nec non Pisani Almi Gymnasij Apostolica Ce-

sacraque auctoritate Cancellarius eoque in infrascripto
actu absente Nos Abbas **IOANNES PINOCCIVS** Nob.
Senensis IVD. Can. Archipresbiter Primatialis Ecclesie
Pis. Protobonotarius Apostolicus Vicarius ac Locumtenens
Generalis ab eo, ad infrascripta omnia, et singula specia-
liter constitutus, et deputatus Vniuersis et singulis pre-
sentes nras inspecturis salute in Dno sempiternam, Cu[m] inter
ceteras in toto orbe terrarum Venerandas et famosas Aca-
demias, et Clarissimorum Doctorum Vniuersitates Pisana-
multis ornamentis, et priuilegijs honestata maxime fulde-
at, in qua etiam ad Doctoratus, & magisterij publica, &
eminentem dignitatem Pontificia, et Cesarea auctoritate
sublimantur, et extolluntur illi, quos longo exercitio labo-
re, studio disciplina, & ingenio sumis uicibus omni deniq;
conatu, et nixu spretis, et relictis uoluptatum illecebris se se
doctrinae penitus dantes Sacras, et pene Diuinas Philosophi-
Medicinesq; scientias adeptos maximis laudib; ac uerissimis
testimonijs accurate reperit probatissimos, et quos certamen
generalis, et rigorosi examinis coram Nobis, et Venerando
Philos. et Medicorum Collegio per concurrentem uirtutum co-
piam meritorumq; Excellentia, ita promouet ut Doctores
infulis priuilegijs prerogatiuis Honoribus, et Dignitatib;
ueniant decorandi, Cum itaq; Egregius ac Eruditus Vir
Moribus Modestus ingenio Acutissimus doctrina predi-
tus, & scientiarum Cognitione Preclarus **Per Ill. D. AN-
TONIVS Tursius Liburnensis Coll. Duc. Alumnus,
Academicus Obscurus, & in Pisano Lyceo Publicus**

**Medic. Lector Extraord. Exc. Phil. et Med. Doct. Dni
Franc. filius.** Qui sua florente etate In Celeberrimo PI-
SANO Gymnasio per quinquennium assiduis exercitatus uigi-
lijs, Sacre Philos. diuineq; Medicinæ sollicita, et curiosam operam
tuenter impendit, & nauauit scholasticosq; actus arduendo co-
ferendo disputando, et exercendo, de hinc fuerit legitime coram
Nobis Vicario, et Vicecancell. prefato presentatus per Ma. &
Eximios Viros, In Philos. et Medic. Doctores Excellentissimos
**D. IOSEPHV de Puccinis Pistoriensem, &
D. Pelledrinum Coluccium a Montecarolo.**
Promotores suas In eodem Pisano Almo Gymn. publice legentes
examinandus, et approbandus In Sacra Philos. diuinaq; Medic.
et ob hoc se subiecerit arduo, ac riguroso examini priuato nro,
et Clarissimorum Doctorum Sacri Collegij Philos. & Medic. Cui-
tatis Pisane In quo quidem examine dictus **D. ANTO-
NIVS** Puncta sibi de more In Sacra Philos. diuinaque
Medic. externa die hora XIj assignata Vb. In Philosophia
Tex: p. 1. 2. Physic. Eorum quæ sunt Et. In Medic. uero
Aphor: 5. 2. Aphor: Spontaneæ lassitudines Et. Miro or-
dine recitando, et arduis acutis, & subtiliter non tam
scholastico quam doctoreo quidem more respondendo, adeo
docte, et bene se gessit, et ita, ac taliter se habuit, ut comuni
dicti Collegij uoto, et consensu Vnanimi Nemine **PENI-
TVS, PENITVS** Discrepante Dignissimus existi-
matus fuerit, ut Sacre Philos. diuineq; Medic. ornamentis
gradu, & insignibus feliciter honestaretur, Nos igitur con-
silio concordia comuni consensu, & unanimitate Col-
legij predicti in sufficienti nro Collegialiter de nro mandato

condignati eundem Nobilem, & Preclarū Virum **D.**
ANTONIUM ante dictum preuo processu prece-
dente & habita diligenti informatione de fide Catholica,
et ipsius Religionē, et iuram^{to} p^{re}stito in manibus n^{ost}ris
iuxta formam Bulle per eum lēte felicitis Recordationis
Pij PP. Quarti, super iuramento p^{re}stando, et professione fa-
ciendā, sub Datū Rome apud Sanctū Petrum, An^o Incar-
nationis D^{omi}nice M.DLXIII Idibus Nouembris, Pont^{is} sui An-
no Quinto, cuius professionis & iuramenti forma nunc des-
cribitur ad uerbum S^{ed}. Ego **ANTONIUS Tursius**, fir-
ma fide credo et profiteor omnia, & singula, quę continent^{ur}
in Symbolo fidei quod Sancta Romana Ecclesia utitur V^{erum}.
CREDO in unū Deū Patrem Omnipotentē factōrē Celi
et Terre uisibilium omnium, & inuisibilium, Et in unū D^{omi}nū
Iesum Xpūm filium Dei unigenitū. Et ex Patre natū an-
te omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine Deū uerū
de Deo uero, Genitū non factum consubstantialē Patri per
quem omnia facta sunt, Qui propter nos homines et p^{ro}p^{ri}am
salutem descendit de Celi, Et Incarnatus est de Spi-
ritu Sancto ex Maria Virgine Et **Homo fact^{us} est**. Cru-
cifixus etiā pro nobis sub Pontio Pilato passus et sepultus
est, Et resurrexit tertia die secundū scripturas, Et ascendit
in Celum sedet ad dexterā Patris et iterum uenturus est,
cum gloria iudicare uiuos et mortuos cuius regni non erit
finis, Et in Spiritū Sanctū D^{omi}nū et uiuificantem, Qui ex
Patre filioq^{ue} procedit qui cum Patre et filio simul adoratur,
Et conglorificatur qui locutus est per Prophetas, Et unā San-
ctam Catholicā et Apostolicā Ecclesiā, Confiteor unū Baptis-

ma in remissionē peccatorū, Et expecto resurrectionem mor-
tuorum, Et uitam uenturi seculi Amen. Apostolicas et Ec-
clesiasticas traditiones reliquasq^{ue} eiusdem Ecclesię obseruatio-
nes, et constitutiones firmissimē admitto, et amplector, Item
Sacram Scripturā iuxta eum sensum quem tenuit, & te-
net Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de uero sensu,
et interpretatione sacrarū scripturarū admitto, nec eam
unquam nisi iuxta unanimē consensum Patrū accipiam,
et interpretabor, Profiteor quoque septem esse uere, & pro-
prie Sacramenta noue legis a **Iesu** Xpo D^{omi}no N^{ost}ro instituta
atq^{ue} ad salutem humani generis s^{ed} non omnia singulis
necessaria S^{ed}. Baptismū Confirmationē Eucharistiā
Penitentiam, Extremam Vnctionem Ordinem, et Matrimo-
nium, illaq^{ue} gratiam Conferre, et ex his Baptismū Confir-
mationem, et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse,
Receptos quoq^{ue} et approbatos eiusdem Ecclesię Catholice
ritus in supradictorū omniū Sacramentorū solemnī admi-
nistratione recipio et admitto, Omnia, et singula quę de
peccato originali, et de iustificatione in Sacrosanctā Tri-
dentina Synodo tradita definita, et declarata fuerunt
amplector, et recipio, Profiteor pariter in Missa offerri Deo
uerum propriū, & propriū Sacrificiū pro uiuis,
et defunctis atq^{ue} in Sanctissimo Eucharistię Sacramento
esse uerē realiter, et substantialiter corpus et sanguinem,
una cum anima, et Diuinitate D^{omi}ni N^{ost}ri **Iesu** Xpi, fierique
conuersionē totius substantię panis in corpus, & totius
substantię uini in sanguinem, quam conuersionem Ca-
tholica Ecclesia, transubstantiationē appellat, fateor etiam

sub altera tantum specie totum, atq. intedrum Xpū.
uerumq. Sacramentū sumi Constanter teneo Purdato-
rium esse, animasq. ibi detentas fidelium Suffragijs ru-
uari similiter et Sanctos, una cū Xpō regnantes uene-
randos, atque inuocandos esse, eorūque orationes Deo
pro nobis offerre, atque eorū reliquias esse ueneran-
das, firmiter assero Imagines Xpi, ac Deipare semper
Virginis, nec non aliorum Sanctorū habendas et reti-
nendas esse, atq. eis debitum honorem, ac uenerationem
impertiendam, Indulgentiarū etiam potestate a Xpō
in Ecclesia relictā fuisse illarūq. usum Xpiāno popu-
lo maxime salutarem esse affirmo Sanctā Catholicā,
et Apostolicā Romanā Ecclesiam, omniū Ecclesiarū
Matrē, et Magistrā agnosco, Romanq. Pontifici,
Beati Petri Apostolorum Principis Successori, ac Iesu
Xpi Vicario, ueram obedientiam spondeo, ac iuro, Ce-
tera item omnia a Sacris Canonibus, et Oecumenicis
Concilijs, ac p̄cipue a Sacrosancta Tridentina Synodo
tradita definita, et declarata indubitanter recipio, atq.
profiteor, Simulq. contraria omnia atq. hereses quascūq.
ab Ecclesia damnatas et reiectas et anathematizatas,
Ego pariter damno reicio, & anathematizzo, Hanc ue-
rā Catholicā fidem, extra quā nemo saluus esse potest,
quā in presenti sponte profiteor, & ueraciter teneo ean-
dem intedram, et immaculatā, usque ad extremam
uite Spiritū constantissime (Deo adiuuante) retinere,
et confiteri, atq. a meis subditis seu illis, quorum cura
ad me in munere meo, spectabit teneri doceri, et predi-

cari, quantum in me erit curaturū, Ego idem **ANTONI-**
VS spondeo iureo, ac iuro (Sic me Deus adiuuet) et hec
Sancta Dei Euangelia, Ac etiam iuramēto, prestito in mani-
bus nr̄is de obseruanda constitutione felicitis Recordationis Pij
PP. Quinti p̄ Dn̄os Medicos obseruande sub Daty Rom. apud
S. Petrū sub anulo Piscatoris die VIIj Martij 1566 Pont. sui
Ano p̄mo. Et sup̄ Cathedrā constitutū in Nri et aliorū pre-
sentia diligenter examinātū Catholicū et Religiosū re-
pertū simul, et approbatū diximus pronūciāuimus et
declarāuimus sufficientissimū doctis et meritis, ad habē-
dum consequendū et obtinendū licentiā publicā oratū et
solita doctoratus insignia, in Phil. et Med. Facult. sup̄scriptis,
illiq. tunc auctoritate sup̄ius plenissime demandata qua
in hac parte fundimur uti meritis, Phil. et Med. Doct. in eis-
dem legendi docen. glosan. disputan. consulen. interpretandi,
examinandi, ac iudicandi Cathedrā Magistrālem, ac
Doctorālem ascendendi, illarūq. regendi, ceterosq. Doctore-
os actus, & Magistrales P̄s, et ubiq. locorū, ac terra-
rum publice exercendi plenā liberā, ac omnimodā po-
testatem licentiā, et facultatē cedimus, damus, et concedimus,
per has nr̄as ipsum Nobilem, et Preclarū Virū **D. AN-**
TONIVM pronūciantes affirmantes et declaran-
tes IV. Excellentissimū esse Doctore Receptis postremo per
eum ab eodem Excell. Phil. et Medic. Doct. **D. IOSEPHO**
de Puccinis, Compromotore suo sup̄scripto, ac aliorum
suorū Compromotorū, nomine ipsarū facultatū, et gradus
solitis doctoratus insignib. Libro Ss. clauso max. aperto, Bir-
rectorū, uice lauree eius capiti imposito, ac demū anuli aurei

subarractione cū osculo pacis paternalibus magistratibusq;
 benedictionib⁹ Qui omnib⁹ sic publice insignitus et coronatus
 felici coronetur in patria p̄ uicentē in seculū In quorū om-
 nium et singulorū fidem robur ac testimoniū premissorū pre-
 sens hoc publicū instrum^{tu} authenticū in se continēs priuilegium
 per **D. Laurentiū Zucchettū** I. V. D. Cui⁹ Pis⁹ et Archiep̄alis Pis⁹
 Curie Cancell^{us} infra scriptū rogari ac subscribi iussimus Si ōil-
 lique eiusdē Eminent^{ie} et R^{mi} Cardinalis Archiep̄i Pis⁹ appensio-
 ne muniri Dat⁹ Pisis in Palatio Archiep̄ali corā et presentibus
 ibidem Ill^{mo} D^{no} Barone **Philippo Gulielmo de Braccioli-**
nis Pistoriensi Egte Diui Stephani Per Ill^{mo} D^{no} Petro de
Angelis Liburnensi Almi Pis⁹ Studij Vice Rectore D^{no} Ho-
ratio de Polchis Pisciensi Et quā plurimis alijs testib⁹ ad pre-
 dicta uocatis habitis et rogatis Anno ab Incarnationē Domini
 N^{ri} **Iesu Xpi** M. D. C. L. IX stilo Pisano Indictione xi. Roma-
 no uero atq; Florentino M. D. C. L. VIIj die uero 6. Men^{is} Iunij
 Sede Imperiali uacante per obitū Ser^{mi} Principis **Ferdinandi**
 Tertij Dei oratio Romanorū Imperat^{is} et Ser^{mi} **Ferdinando** 2.
 Maono Etrurię Duce Quinto Dominante summe Felicissimo
 et Inclyto pacis Moderatore, 3. Regnante **Alexandro VIIj**
 Summo Pontifice Anno Tertio sui Pontificatus 7.

Ego **Laureti⁹ Zucchett⁹** I. V. D. Cui⁹ Archiep̄i Pis⁹
 de p^{re}dicto Rog^{is} mem^{is} et su^{is}
 De m^{is}



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

CC. I + 4 + I

9



-R. BIBLIOTECA-
-M-

